

& L. scriptâ, & meis consiliis decem præmissâ n. o. Conferatur Theologus eximius Dn. Frid. Balduin. lib. 4. c. 12. cas. 9. in tractatu luculento, posthumo, toti Reipub. Christianæ utilissimo.

5. In criminalibus causis Judex ne transversum quidem unguem propter juramentum præstandum à Carolinâ sanctione recedere potest, Princ. Inst. de offic. judic. Nov. 149. in fin. Dn. Ioh. Eichrod. velit. Acad. 4. de oblationibus, concl. 78. in fin.

ARTICULUS IV.

Assessorum, Consiliariorum, Senatorum, qui judici capitalium causarum adsident, juramentum.

1. **N**Olo hîc repetere, quæ præcedenti Articulo dixi, & hoc si facerem, nihil nisi meram tautologiam committerem, aliàs de *Assessoribus* ex professo scripsit Dn. Antonius Wintherus; & Eruditè Dn. Illic. Vmm. disp. ad proc. judic. direct. 2. De Consiliariis politici differunt Christ. Besold. 2. polit. 3. §. 5. num. 36. Reinard. König. in Theatro polit. tripart. part. 2. c. 16. cum seqq. Ios. Nold. in Trebatio. Barthol. Kecker. in Syst. politic. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 3. q. 4. per tot. Hipp de Collib. in Consiliario, & alii.

2. Non Judices tantùm, sed & Assessores, Consilarii, & Senatores jurare debent, ut non solùm à malo, sed etiam ab omni mali suspitione alieni sint, Matth. Steph. hîc, nec hîc remitti potest juramentum.

3. An Adessor de malo consilio dato Judici teneatur? Vide Proff. Farinac. de variis & divers. crim. quæst. 140. art. 16. num. 459. & num. 572. proposita limitatio displicet.

ARTICULUS V.

Actuarii in judicio criminali juramentum.

1. **H**Oc juramentum omninò à Scribâ Judicii criminalis exigendum, & præstandum. Nolo autem instar aliorum illud hîc referre ex Remo & aliis, ne multitudinem multitudini adjicere velle videar.

2. Hi exceptores in criminali Judicio variis appellantur nominibus. Vide Zieritz. hîc, & ante eum Goblerum hîc, omninò differentem de actuariis.

ARTICULUS VI.

De capturâ reorum ex officio Magistratus.

1. **I**N hunc Articulum quasi commentantur Iust. Goblerus in auctuario hîc, pag. (mibi) 12. Thom. Metzg. in decad. conf. crimin. resp. nu. 34. cum seqq. & in aureis suis resolutionibus, de capturâ reorum, concl. 13. cum seqq. Dn. Helfric. Vtric. Hunn. in Colleg. crim. disp. 5. per tot. Dn. Herm. Goëhaus. in decis. aliquot quæstionum, ad veneficiorum materiam pertinentium, q. 12. adeò, ut si quid addere vellem, lignum in sylvam portarem, & actum agerem. De inquisitione (quæ scirè publicæ sollicitudinis cura dicitur) agit coryphæus criminalistarum, Proff. Farin. in theor. & prax. vol. 1. in init. & post eum